



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Sancta Communitas, In Paupertate religiosa inviolata**

**Wissingh, Anton**

**Coloniae Agrippinae, 1699**

D. Leandro Colloredo, S. R. E. Cardinali Amplissimo, Pœnitentiario Majori,  
ac totius Seraphici Ordinis Minorum Conventualium S. Francisci Protectori  
inclyto, Domino Patrono clementissimo [et]c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49611](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49611)



Eminentissimo , ac Reverendissimo Principi , ac  
Domino,

D. LEANDRO  
COLLOREDO,

S. R. E. Cardinali Amplissimo ,  
Pœnitentiario Majori , ac totius Se-  
raphici Ordinis Minorum Conventua-  
lium S. FRANCISCI Protectori incly-  
to , Domino Patrono clemen-  
tissimo &c.

Eminentissime ac Reverendissime Domine.

**L**iber hic ut securè & audacter prodeat in or-  
bem , in *URBEM* priùs tendere necesse ha-  
bet , ut Summæ S. Apostolicæ Sedi exhibeat  
reverentiam , præstet obedientiam , expetatur cen-  
suram , speretque *Salvum-conductum* per orbem ,  
& inde accipiat assistentiam , unde potissimum ac-  
cepit ortus sui confidentiam. Eminentie Tuæ ocu-  
lis ac manibus gratiosis sistit se hæc Opella conatus  
mei ; ut , quia es Gubernator , Protector , & Cor-  
rector totius Seraphicæ Religionis nostræ , guberna-  
re quoque , protegere , ac corrigere digneris , quæ  
in hoc Opusculo mutis quidem vocibus , attamen  
fecundis , ut spero , desiderijs , se tua provida guber-  
nationi , suavi protectioni , & paternæ correctioni  
humiliter subiciunt. Gaudet totus Seraphicus Or-  
do noster , quòd ( ut Constitutiones Pie in c. 12. Re-



## EPISTOLA

*gula alloquuntur Illustrissimum tunc Protectorem Carolum Borromæum ; cum quibus nunc & ego Tuam Eminentiam ) in ea incidimus tempora , in quibus Protectorem secundum Regulam nostram ( addo , & votum ) videre , & habere datum est. Eô enim Governatore , quid boni sperare non debemus ? Eô Protectore , quid adversi timere possumus ? Eô Correctore , quis ab institutis suæ Regulæ deficiet ? Governator est ; promovebit bonum : Protector est ; defendet à malis ; Corrector est , continebit in fide , & obedientia S. Romanæ Ecclesiæ ; in his enim auctoritas ejus est. --- Te igitur ô Illustrissime & Reverendiss. D. Protector appellamus , tuam fidem & benignitatem obtestamur , ut nos tuæ curæ & patrocinio commissos Beatissimo Patri nostro Summo Pontifici commendatos facias. Tu verò Religionem nostram tua prudentia , consilio , & auctoritate protegere ne desistas , ut ab inimicorum insidiis tuta , D. Patris sui Francisci vestigiis inhærendo , sedulum in humilitatis spiritu reddere valeat Domino famulatum. h. i.*

*Ad hec & alia letabunda pariter & fecunda vota , à tota Provincia nostra in tua Eminentiali auctoritate fundata contestandum , Liber presens à Provincia Patribus & Fratibus ablegatur nuntius Romam , ut intrepidè aspiciat lucem , sortitur auctoritatem , quam utramque ab Eminentia tuæ splendidissimis radiis mutuabitur ; nam hi tum Româ prodeuntes in hanc nostram inferiorem Germaniam , ac Coloniam Agrippinam ( Sedem Trius Regum , quibus stella de celo lumen prætulit ) sese diffu-*



## DEDICATORIA.

diffuderunt, simulque virtutum heroicarum tam Theologicarum quam Cardinalium suavissimum sparserunt odorem: qui meum maxime rapuit animum, animavit affectum in lectione bine gratiosa Epistola, quam Eminentia Tua ex sollicitudine paterna Ministro hujus Provincia ex arare clementissime dignata fuit; ex cujus etiam lectione jucundissima Opusculo huic nata est confidentia Romam adeundi. Cui proinde quoque non incongrue applico verba S. Gregor. Magni l. 7. epist. 126. ad S. Leandrum Episcopum Hispalensem, Eminentiaæ Tuæ ex nomine Patronum, (in cuius Festo scil. 27. Februarii hac scribo) hujus tenoris: Sanctitatis tuæ (dicam, Eminentiaæ) suscepi epistolam, solius charitatis calamo scriptam: Ex corde enim lingua tinxerat, quod in chartæ pagina refundebat. Boni autem sapientesque viri, cum legeretur, adfuerunt, quorum statim viscera in compunctione commota sunt. Cœpit quisque amoris manu in suo corde te rapere; quia in illa epistola tuæ mentis dulcedinem non erat audire, sed cernere. Accendebantur & mirabantur singuli; atque ipse ignis audientium demonstrabat, qui fuerat ardor dicentis: nisi enim prius in se faces ardeant, alium non succendunt. Ibi ergo vidimus, quanta charitate tua mens arserit, quæ sic et alios accendit. h. i.

Hac eadem duplici gratiosa Epistola excitatus (ut loquar cum eodem S. Gregorio ad S. Leandrum l. 1. epist. 41.) hoc ipsum Opus ad vestram Reverentiam (dicam, Eminentiam) scripsi; ut ei, quem præ ceteris diligo, in meo judicet labore desudaf-

\* 3

6



## EPISTOLA

*se ( tamquam Protectori Reverendissimo. )  
 Præterea si vobis indulgeri tempora ab Ecclesia-  
 stica occupatione cognoscetis , quid sit jam faci-  
 endum , scitis , scil. potenti protectione protegere cau-  
 sam Dei , hoc in Opere expositam , meamque inten-  
 tionem piam , ut opinor , secundum Constitutiones  
 nostras Urbanas purè regulatam ; quarum terminos  
 transgredi non audeo , supergredi autem nullatenus  
 in hoc Libro intendo : O ! quàm sufficeret mihi , si  
 illarum observantia exacta tandem vigeret ! ( Idem  
 ad eundem l. 4. epist. 46. ) Quanto ardore videre  
 te sitiam , in tui tabulis cordis leges. Sed quia lon-  
 go terrarum spatio disjunctum te videre nequeo ,  
 unum quod mihi de te dictavit charitas , feci. Di-  
 ctavit autem mihi Eminentia vestra , zelosissimè-  
 que consuluit in d. binis Epistolis , paternarum tra-  
 ditionum æmulatores existere : eaque meditari ,  
 quæ Seraphici Instituti cultores maximè decent ,  
 scil. abdicare proprietatem & sæcularia deside-  
 ria ; ac meum , tuum , frigida illa verba à nostris  
 Cœnobiis eliminare : paupertatem , & communi-  
 tatem sectari : constantes esse in hoc sancto pro-  
 posito , nec ab incepto desistere ; non animum  
 despondere : vitam nostrā exinde instituere juxta  
 exactam normam Constitut. Urbanarum &c.  
 Hæc , inquam , feci promulgando , promovendo , in-  
 culcando , & à me ipso incipiendo &c.*

*Quapropter non restat nobis nunc , nisi quòd e-  
 nixè precemur , ut cordialia vota , piaque deside-  
 ria totius Provincia nostra , in hoc Opere expressa  
 & congregata clementi oculo respicere , fortitudi-  
 nisque brachio protegere digneris ; ut eò certiori ac  
 pleniori*



## DEDICATORIA.

pleniori fiducia apud Summam S. Sedem invenire mereantur Apostolicam benedictionem & vehementer desideratam protectionem. Ore, Corde, & prece, cum aeterna grati animi memoria confitebitur tota nostra Provincia Colonienfis, quod singulariter gubernata, paternaliter protecta, & provide correcta fuerit

I. 4. 20. 5. I. 40. 4. 80. 50. 3. 50. 20. 20. 50.  
A. D. LEANDRO COLLO-  
80. 5. 4. 50. 3. I. 80. 4. 9. 40. I. 20. 9.  
REDO CARDINALI  
60. 80. 50. 100. 5. 3. 100. 50. 80. 5. 50. 80. 4. 6.  
PROTECTORE ORD. F.  
30. 9. 40. 3. 50. 40. 200.  
MIN. CONV.

## Programma.

Eminentissimus & Reverendissimus Princeps ac Dominus, D. LEANDER COLOREDUS Sacrae Romanae Ecclesiae Cardinalis, nec non Pœnitentiarius Major.

## Anagramma purum.

Protector es Ordinis Minorum : Lumen es candens, palma ad Deum accrescens, Lilia ferens, A Numine precor unicè; sis saliens corda amore Jesu; dies tui sint anni Eoi.

## CHRONO-EPIGRAMMA.

Perpetuò nostris s'is VIVens ordInis aLMe  
tVtor, Vt à ChrIsto s'it rVa VIta Vlgens.  
atqVe exALtetVr, terræ qVasI paLMa ViresCens,  
ILLa ferat frVCtVs, CæLlCa Vota tenens;



Vt franciscanis vultis cordibus adis,  
 sVCCVrsV eX CæLo gratô oriente tibi.  
**In**Crescens fraternus amor, virtvsqve corvs-  
 est pAvpertatis, vota qve ivre pLaCent. (Cans  
 grande istVD virtutis opvs dignare tVerl :  
 hls sacris votis stet polvs ipse favens.  
 sAL es ConserVans *Francisci*, In nVMine, proLes:  
 Virtute InVICtâ hls sâCVLa VIVE parens.  
 VIVE *Leander* oVans *Colore* Do ter InCLyte prinCeps,  
 sIt CVnctis votis pVrpVra vestra nitens.  
 ad sacra cXVLtet paranYMphô ecclesia Christi  
 sponsa frVI : sponsa In sâCVLa VIVE VIGens.  
 te franciscani Vt per sâCVLa CVncta frVant Vt  
 ) proteCtore sVo, nVMina In aXe rogant.  
 orDinis est nostrî proteCto tradita vobis:  
 Virtute cXVLtat IVglter orDo tVâ.  
 atLasqve ipsivs Lavdaris ivre sVb astris:  
 eX sVperis radios solis adinstar habes.  
 sIs IgitVr Crescens francisci proLibvs; eX hoc  
 sVb te Latatvs totvs oLYmpvs erit.  
 postqve haC fVLgebVnt sVpero ferVentes amore,  
 qVando Inter fratres spirItvs vnvs erit.  
 qVels Cor Latanter totles persVaVe DeDisti:  
 VIVens In terris, sIs faVVvs vnde sapIs.  
 hlsqve tVos Virtute Dies sine nVbe serenos  
 nVMine IvstItæ sole VIGente, preCor.  
 atqve Vt stes pastVs, VoVeo, Inter LILIA *IesV*  
 Per MVLtos annos, postqve frVâre Deo.



S. COR